

Universitätsbibliothek Wuppertal

Annæi Senecæ Tvm Rhetoris Tvm Philosophi Opera Omnia

Quid in eo contineatur sequens pagina indicabit

Seneca, Lucius Annaeus <Rhetor>

M.DC.XLVI., 1646

Ad Paulinum de brevitæ vitæ

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1509)



L. ANNÆI SENECAE
ad Paulinum.

DE BREUITATE VITÆ
LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

MAIOR pars mortalium, Pauline, de naturæ malignitate conqueritur, quod in exiguum æui gignimur, quod hæc tam velociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant, adeo vt exceptis admodum paucis, ceteros in ipso vitæ apparatus vita destituat. Nec huic publico, vt opinantur, malo, turba tantum & imprudens vulgus ingemuit. clarorum quoque virorum hic affectus querelas euocauit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est: Vitam breuem esse, longam artem. Inde Aristoteli cum rerum natura exigenti, minimè conueniens sapienti viro lis est: illam animalibus tantum indulgisse, vt quina aut dena sæcula edurent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citiorem terminum stare. Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. Satis longa vita & in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur. Sed vbi per luxum ac negligentiam defluit, vt nulli rei bonæ impenditur, vltima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est, non accepimus breuem vitam, sed fecimus: nec inopes eius, sed prodigi, sumus. Sicut amplæ & regie opes, vbi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur: at quamuis modicæ, si bono custodi traditæ sunt, vsu crescant: ita ætas nostra bene disponenti multum p atet.

CAP. II. Quid de rerum natura querimur? illa se benignè gessit. Vita, si scias uti, longa est. Alium insatiabilis tenet avaritia: alium in superuacuis laboribus operosa fedulitas: alius vino madet: alius inertia torpet: alium defatigat ex alienis iudicis suspensa semper ambitio. Alium mercandi præceps cupiditas circa omnes terras, omnia maria, spe lucri ducit. Quosdam torquet cupido militiæ, nunquam non aut alienis periculis intentos, aut suis anxios. Sunt quos ingratus superiorum cultus voluntaria seruitute consumat. Multos aut affectatio alienæ fortunæ, aut suæ odium detrahit. Plerosque nihil certum sequentes, vaga & inconstans, & sibi displicens leuitas per noua consilia iactauit. Quibusdam nihil quo cursum dirigant, placet: sed marcentes oscitantisque fata deprehendunt: adeo ut quod apud maximum poetarum more oraculi dictum est, verum esse non dubitem:

Exigua pars est vita quam nos viuimus.

Ceterum quidem omne spatium, non vita, sed tempus est. Virgentia circumstant vitia vndique: nec resurgere, aut in dispectum veri attollere oculos sinunt. sed mersos & in cupiditatibus infixos premunt. Nunquam illis recurrere ad se licet: sed si quædam aliqua quies fortuito contigit, velut in profundo mari, in quo post ventum quoque voluntario est, fluctuantur, nec vnquam illis à cupiditatibus suis otium instat. De istis me putas differere, quorum in confesso mala sunt? Aspice illos ad quorum felicitatem concurritur, bonis suis effocantur. Quam multis graues sunt diuitiæ? Quam multorum eloquentia quotidiano ostentandi ingenii spatio, sanguinem educit? Quam multi continuis voluptatibus pallent? Quam multis nihil liberi relinquit circumfusis clientium populus? Omnes denique istos ab infimis vsque ad summos pererrat. Hic aduocat, hic adest: illa periclitatur, ille defendit: ille iudicat. Nemo se sibi vindicat. Alius in alium consumitur. Interroga de istis quorum nomina ediscuntur. His illos dignosci videbis notis. Hic illius cultor est, ille illius, sius nemo. Deinde dementissima quorundam indignatio est. Queruntur de superiorum fastidio, quod ipsis adire volentibus non vacauerint. Audet quisquam de alterius superbia queri, qui sibi ipse nunquam vacat? Ille tamen, quis-

DE BRIT
is et insolentem quidem
sures suas ad tua ten
cepti. Tu non imp
ges.

CAP. III. Non est
impures: quoniam
aliquo volēbas. se
que vnquam ingent
nunquam sibi hanc
rabuntur. Preter
gua contentio est
currunt. In vna
ipsi etiam possunt
nuntur qui pernam
quam multo distabo
monio: Sum ad te
mi in eo, cuius vn
seniorum turba com
vitium aratus h
spera premitur an
tem tuam teocca. U
quantum amica
rit, quantum la
quantum officio
quos manu fecim
re pauciores an
ria tecum, quatu
dies ut desinat
quando in statu su
tibi in tam longa
tam derisuerit
vens labor. hinc
satis oblectat. que
religere manum
CAP. IV. Qu
victum vnquam
Non oblectat
pleco & hanc
qui alieni vel
Quam vnquam

quis est insolenti quidem vultu, sed aliquando respexit. Ille aures suas ad tua verba demisit. Ille te ad latus suum recepit. Tu non inspicere te vnquam, non audire dignatus es.

CAP. III. Non est itaque quod ista officia cuiquam impures: quoniam quidem cum illa faceres, non esse cum aliquo volebas, sed tecum esse non poteras. Omnia licet quæ vnquam ingenio fulserunt, in hoc vnum consentiant, nunquam satis hanc humanarum mentium caliginem mirabuntur. Prædia sua occupari à nullo patiuntur: & si exigua contentio est de modo finium, ad lapides & arma discurrunt. In vitam suam incedere alios sinunt, immo vero ipsi etiã possessores eius futuros inducunt. Nemo inuenitur qui pecuniam suam diuidere velit: vitam vnusquisque quam multis distribuit? Astricti sunt in continendo patrimonio: Simul ad temporis iacturam ventum est, profusissimi in eo, cuius vnus honesta auaritia est. Liber itaque ex seniorum turba comprehendere aliquem. Per enisse te ad vltimum ætatis humanæ videmus. Genesimus tibi vel supra premitur annus. Ag-dum ad computationem ætatem tuam reuoca. Dic quantum ex isto tempore creditor, quantum amica, quantum reus, quantum cliens abstulerit, quantum lis vxoria, quantum seruatorum coercitio, quantum officiosa per urbem discursatio. Adice morbos quos manu fecimus. Adice quod sine vsu iacuit. Videbis te pauciores annos habere quam numeras. Repete memoria tecum, quando certus consilij fueris, quoruscumque dies vt destinaueras recesserit, qui tibi vsus tui fuerit, quando in statu suo vultus quando animus intrepidus, quid tibi in tam longo æuo facti operis sit: quam multi vitam tuam diripuierint, te non sentiente quid perderes: quantum vanus dolor, stulta lætitia, auida cupiditas, blanda conuersatio abstulerit: quam exiguum tibi de tuo relictum sit, intelliges te immaturum m. 11.

CAP. IV. Quid ergo est in causa? tanquam semper victuri viuitis. Nunquam vobis fragilitas vestra succurrit. Non obseruatis quantum tempotis transierit, velut ex pleno & abundanti perditis: cum interim fortasse ille ipse qui alicui vel homini vel rei donatur, vltimus dies sit. Omnia tanquam mortales timetis. Omnia tanquam

immortales concupisciris. Audies plerosque dicentes: A quinquagesimo in otium succedam: sexagesimus annus ab officiis me dimittet. Et quem tandem longioris vitæ prædem accipis? Quis ista, sicuti disponis, ire patietur? Non pudet te reliquias vitæ tibi referuare, & id solum tempus bonæ menti destinare, quod in nullam rem conferri possit? Quam seruum est, tunc videre incipere cum definendum est? Quæ tam stulta mortalitatis obliuio in quinquagesimum & sexagesimum annum differre sana consilia: & inde velle vitam inchoare, quo pauci perduxerunt? Potentissimis & in altum sublatis hominibus excidere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis præferant. Cupiunt interim ex illo fastigio suo, si tuto liceat, descendere. Nam vt nihil extra lacessat, aut quæsiat, in se ipsa fortunæ aruit.

CAP. V. **DIUVS** Augustus, cui diu plura quam vlli præstiterunt, non desit quietem sibi precari, vacationem à Rep. petere. Omnis eius sermo ad hoc semper reuolutus est, vt sibi speraret otium. Hoc labores suos, etiam si falso, dulci tamen oblectabat solatio, aliquando se victurum sibi. In quadam ad senarum missa epistola, cum requiem suam non vacuam fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantem, pollicitus esset, hæc verba inueni: Sed ista fieri speciosius quam promitti possunt. me tamen cupido temporis optatissimi mihi, prouexit, vt quoniam rerum lætitia moratur adhuc, præciperem aliquid voluptatis ex verborum dulcedine. Tanta visa est res otium, vt illam quia vsu non poterat, cogitatione præsumeret. Qui omnia videbat ex se vno pendentia, qui hominibus gentibusque fortunam dabat, illum diem lætissimus cogitabat, quo magnitudinem suam exueret. Expertus erat quantum illa bona per omnes terras fulgentia sudoris exprimerent, quantum occultarum sollicitudinum tegerent: cum ciuibus primum, deinde cum collegis, nouissime cum affinibus, coactus armis decernere, mari terraque sanguinem fudit: per Macedoniam, Siciliam, Ægyptum, Syriam, Asiamque, & omnes prope oras bello circumactus, Romana cæde lassos exercitus ad externa bella conuertit. Dum Alpes pacat, immixtosque mediæ paci & imperio hostes perdomat, cum vltra Rhenum, Euphratem & Danubium terminos

nos mouet, in ipsa vrbe, Murenæ, Cæpionis, Lepidi, Egna-
 tiorum in cum mucrones acuebantur. Nondum horum
 effugerat insidias filia, & tot nobiles iuuenes adulterio
 velut sacramento adacti, iam infractam ætatem terri-
 bant: plusque & iterum timenda cum Antonio mulier:
 Hæc vlcera cum ipsis membris absciderat, alia subnaſce-
 bantur, velut cum graue multo sanguine est corpus, par-
 tes semper aliqua rumpebantur. Itaque otium oprabat in
 huius spe & cogitatione labores eius residebant. Hoc vo-
 tum erat eius, qui voti compotes facere poterat. M. Cicero
 inter Catilinas Clodiosque iactatus, Pompeiosque &
 Crassos, parrim manifestos inimicos, partim dubios ami-
 cos, dum fluctatur cum republica, & illam pessum euntem
 tenet, nouissime abductas, nec secundis rebus quietus, nec
 aduersarium patiens, quotiens illum ipse consulatum
 suum non sine causa, sed sine sine laudatum detestatur?
 quam debiles voces exprimit in quidam ad Articum epi-
 stola, iam victo patre Pompeio, adhuc filio in Hispania
 fracta arma resouente? Quid agam, inquit, hic quæris? mo-
 xor in Tusculano meo semiliber. Alia deinceps adiicit,
 quibus & priorem ætatem complorat, & de præſenti querit-
 ur, & de futura desperat. Semiliberum se dixit Cicero. at
 in hercules nunquam sapiens in tam humile nomen pro-
 cederet, nunquam semiliber erit. Integra semper libertatis
 & solidæ, solutus & sui iuris, altior ceteris. Quid enim
 supra eum potest esse, qui supra fortunam est?

CAP. VI. LIVIUS DRUſUS, vir acer & vehemens, cum
 leges nouas & mala Græchana mouisset, stipatus ingenti
 totius Italiæ cœtu, exitum rerum non prouidens, quas
 nec agere licebat, nec iam liberum erat semel inchoatas
 relinquare, exaceratus inquietam à primordiis vitam, di-
 citur dixisse, vni sibi, nec puero quidem, vnquam ferias
 contigisse. Ausus est enim & pupillus adhuc & prætex-
 tus, iudicibus reos commendare, & gratiam suam inter-
 ponere tam efficaciter, vt quædam iudicia conſtet ab illo
 rupta. Quo non erumperet tam immanura ambitio? Scires
 in malum ingens & priuatum & publicum, euasuram il-
 lam tam festinatam audaciam. Sero itaque querebatur,
 nullas sibi ferias contigisse, à puero seditiosus, & foro gra-
 nis Disputatur an ipse sibi manus attulerit. Sabito enim

non tunc aut postea: sed tunc ubi non a

vulnere per inguem accepto, collapsus est: aliquo dubitante, an mors voluntaria esset, an tempestiva. Superuacuum est commemorare plures: quicum aliis felicissimi videntur, ipsi in se verum testimonium dixerunt, perosi omnem actum annorum suorum. Sed his querelis nec alios mutauerunt, nec seipos. Nam cum verba erumperent, affectus ad consuetudinem relabebantur. Vestra mehercule vita, licet supra mille annos exeat, in arctissimum contrahetur. Ista omnia nullum non sæculum deuorabunt. Hoc vero spatium, quod, quamuis natura currit, ratio dilatat, cito vos effugiat necesse est. Non enim apprehenditis, nec retinetis, nec velocissimæ omnium rei moram facitis, sed abire ut rem superuacuum ac reprobabilem finitis. In primis autem & illos numero, qui nulli rei, nisi vino ac libidini vacant. Nulli enim turpius occupati sunt. Ceteri, etiam si vanæ gloriæ imagine teneantur, speciose tamen errant. Licet auaros mihi, licet vel iracundos enumeres, vel bellatores, omnes isti virilius peccant. In venerem ac libidinem proicectorum inhonesta labes est. Omnia istorum tempora excute. Aspice quamdiu computent, quamdiu insidiantur, quamdiu timeant, quamdiu colant, quamdiu colantur, quantum vadimonia sua atque aliena occupent, quantum conuiuia, quæ iam ipsa officia sunt videbis quemadmodum illos respirare non sinant vel mala sua, vel bona. Denique inter omnes conuenit, nullam rem bene exerceri posse, ab homine occupato: non eloquentiam, non liberales disciplinas: quando districtus animus nihil altius recipit, sed omnia velut inculcata respuit. Nihil minus est hominis occupati, quam viuere: nullius rei difficilior est scientia. Professores aliarum artium vulgo multique sunt.

CAP. VII. QUASDAM vero ex his pueri admodum ita percepisse visi sunt, ut etiam præcipere possent. Viuere tota vita descendum est: & quod magis fortasse miraberis tota vita descendum est mori. Tot maximi viri, relictis omnibus impedimentis, cum diuitiis, officiis, voluptatibus renantiaissent, hoc vnum in extremam usque ætatem egerunt, ut viuere scirent. Plures tamen ex his nondum se scire confessi è vita abierunt, nedum ut isti sciant. Magni, mihi crede, & supra humanos errores eminentis viri est, nihil ex suo tempore delibare: & ideo vita eius longissima

gissima est, cui quantumcunque paruit, totum ipsi vacavit. Nihil inde incultum otiosumque iacuit: nihil sub alio fuit. neque enim quicquam repperit dignum quod cum tempore suo permutaret, custos eius parcissimus. Itaque satis illi fuit: His vero necesse est defuisse, ex quorum vita multum populus tulit. Nec est quod putes, hinc illos non intelligere damnum suum. plerosque certe audies ex his quos magna felicitas grauat, inter clientium greges, aut caularum actiones, aut ceteras honestas miseras exclamare interdum, Mihi viuere non licet. Quid ni non liceat? Omnes illi qui te sibi aduocant, tibi abducunt. Ille reus quot dies abstulit, quot ille candidatus, quot illa anus, effrendis heredibus lasa? quot ille ad irritandam auaritiam captantium simulatus æger? Quot ille potentior amicus, qui vos non in amicitia, sed in apparatu habet? Dispunge, inquam, ac recense vitæ tuæ dies: videbis paucos admodum & reiculos apud te resedisse. Assequutus ille quos optauerat fasces, cupit ponere, & subinde dicit: Quando hic annus præteribit? Facit ille ludos, quorum sortem sibi obtingere magno æstimauit. Quando, inquit, istos effugiam? Diripitur, ille toto foro patronus, & magno concursu omnia, vltra quam audiri potest, complet: Quando, inquit, res proferentur? Præcipitat quisque viram suam, & futuri desiderio laborat, præsentium tædio. At ille qui nullum non tempus in vsus suos confert, qui omnes dies tanquam vitam ordinat, nec optat crastinum, nec timet. Quid enim est quod iam vlla hora nouæ voluptatis possit afferre? Omnia nota, omnia ad satietatem percepta sunt: de cetero fors fortuna vt volet, ordinet. vita iam in tuto est. Huic adiici potest, detrahi nihil: & adiici sic, quemadmodum saturo iam & pleno aliquid cibi, quod nec desiderat, nec capit.

CAP. VIII. NON est itaque quod quenquam propter canos aut rugas putes diu vixisse. Non ille diu vixit, sed diu fuit. Quid enim? illum multum putas nauigasse, quem sæua tempestas à portu exceptum huc & illuc tulit, ac viribus ventorum ex diuerso furentium per eadem spatia in orbem egit? Non ille multum nauigauit, sed multum iactatus est. Mirari soleo, cum video aliquos tempus petere, & eos qui rogantur facillimos. Illud vterque spectat,

L. ANNÆI SENECÆ

propter quod tempus peticum est, ipsum quidem neuter, Quasi nihil petitur, quasi nihil datur. Re omnium preciosissima luditur. Fallit autem illos, quia res incorporalis est, quia sub oculis non venit. Ideoque vilissima aestimatur, immo pæne nullum pretium eius est. Annua congiaria homines clarissimi accipiunt, & his aut laborem, aut operam, aut diligentiam suam locant; nemo aestimat tempus. Utuntur illo laxius, quasi gratuito. At eisdem ægros vide, si mortis periculum ad mortem est propius medicorum genera tangentes: si metuunt capitale supplicium, omnia sua, ut vinant, paratos impendere. Tanta in illis discordia affectuum est. Quod si posset, quemadmodum præteritorum annorum cuiusque numerus proponi, sic futurorum: quomodo illi qui paucos viderent superesse, trepidarent, quomodo illis parcerent? Atqui facile est, quamvis exiguum dispensare, quod certum est. Id debet seruari diligentius, quod nescias quando deficiat. Nec est tamen quod ignorare putēs illos, quam cara res sit. Dicere solent, eis quos validissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare. Dant, nec intelligunt: dant autem ita, ut sine illorum incremento sibi detrahant: sed hoc ipsum an detrahant, nesciunt: ideo tolerabilis est illis iactura detrimenti latentis. Nemo restituet annos, nemo iterum te tibi reddet. Ibi qua caput ætas, nec cursum suum aut reuocabit, aut supprimet: nihil tumultuabitur, nihil admovebit velocitatis suæ: tacita labetur. Non illa regitur imperio, non favore populi longius proferet. Sicut iussa est à primo die, curret: nusquam diuerter, nusquam remorabitur. Quid fiet? tu occupatus es, vita festinat. Mors interim aderit, cui, velis nolis, vacandum est.

CAP. IX. POTEST NE quisquam sensus hominum, eorum dico qui prudentiam iactant, operosius occupati sunt, ut melius possint viuere? Impendio vitæ vitam instruunt, cogitationes suas in longum ordinant. Maxima portio vitæ iactura dilatio est. Illa primum quemque extrahit diem, illa eripit præsentia dum vltiora promittit. Maximum viuendi impedimentum est expectatio quæ pendet ex castino. Perdis hodiernum, quod in manu fortunæ positum est, disponis: quod in tua dimittis. Quo spectas, quo te extendis? Omnia quæ ventura sunt, in incerto iacent.

Proti-

DE AN
 vitæ vici. dicitur
 dicitur infidus. Sicut
 Optima enim
 Prima
 Quid condant
 cum occupatis
 peris, vident vel
 rapido, nec temp
 que pulcherrime ad
 nem, quod non
 cit. Quod securu
 mentes tibi & anno
 tati tuz vultu est
 de hoc iplo fuger
 quaque optima
 cupatis: quorum
 mit, ad quam
 profusum est: si
 Accedete eam
 quos aut sermo
 iter facientes d
 propinquante
 quod dormient
 occupatis non
 CAP. X. Q
 menta diducere
 breuissimum esse
 bianus, non ex
 & antiquis, con
 grandam? nec
 dam aciem. S
 licet. Tam
 non tantum de
 tu. quod est
 agimus bene
 mis, comm
 quod in m
 occupati: nec
 vacet, certe
 tempore male

Protinus viue, clamat ecce maximus vates, & velut diuino furore instinctus, salutare carmen canit:

Optima quæque dies misera mortalibus aui

Prima fugit.

Quid cunctaris, inquit, quid cessas? Nisi occupas, fugit; cum occupaueris, tamen fugiet. Itaque cum celeritate temporis, vtendi velocitate certandum est, velut ex torrente rapido, nec semper casuro cito hauriendum est. Hoc quoque pulcherrime ad exprobandam infinitam cogitationem, quod non optimam quamque ætatem, sed diem dicit. Quid securus, & in tanta temporum fuga lentus, menses tibi & annos, & longam seriem, vtunque auditari tuæ visum est, exporris? De die tecum loquitur, & de hoc ipso fugiente. Non dubium est ergo, quin prima quæque optima dies fugiat mortalibus miseris, id est, occupatis: quorum pueriles adhuc animos senectus opprimit, ad quam imparati inermesque veniunt. Nihil enim prouisum est: subito in illam, nec opinantes inciderunt. Accedere eam quotidie non sentiebant. Quæ admodum quos aut sermo aut lectio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit: peruenisse se ante sciunt: quam appropinquasse: ita hoc iter vitæ assiduum & citatissimum, quod dormientes vigilantesque eodem gradu facimus, occupatis non apparet, nisi in fine.

CAP. X. QVOD proposui, si in partes velim & argumenta diducere, multa mihi occurrent per quæ probem breuissimam esse occupatorum vitam. Solebat dicere Fabianus, non ex his cathedrariis philosophis, sed ex veris & antiquis, contra affectus impetu, non subtilitate pugnandum? nec minutis vulneribus, sed in cursu auertendam aciem. Sugillationem enim retundi debere, non vellicari. Tamen vt illis error exprobratur suus, docendi, non tantum deplorandi sunt. In tria tempora vita diuiditur, quod est, quod fuit, & quod futurum est. Ex his quod agimus breue est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum. Hoc enim in quod fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitrium reduci potest. Hoc amittunt occupati: nec enim illis vacat præterita respicere: & si vacet, certe iniucunda est recordatio. Inuidi namque ad tempora male exacta animum reuocant, nec audent ea

retentare, quorum vitia etiam quæ aliquo præsentis voluptatis lenocinio subrepebant, retentando patefcunt. Nemo, nisi à quo omnia acta sunt sub censura sua, quæ nunquam fallitur, libenter se in præteritum retorquet. Ille qui multa ambitiosè concupit, superbe contemplit, impotenter vicit, infidiosè decepit, auarè rapuit, prodige effudit, necesse est memoriã suã timeat. Atqui hæc est pars temporis nostri sacra dedicata, omnes humanos casus supergressa, extra regum fortunæ subducta, quam non inopia, non metus, non morborum incursus exagitat. Hæc nec turbari, nec eripi potest: perpetua eius & intrepida possessio est. Singuli tantum dies, & hi per momenta præfentes sunt. At præteriti temporis, omnes cum iusseris aderunt, ad arbitrium tuum se inspici ac detineri patientur: quod facere occupatis non vacat. Securæ & quietæ mentis est, in omnes vitæ suæ partes discurrere. Occupatorum animi velut sub iugo sunt, flectere se ac respicere non possunt. Abiit igitur vitæ eorum profundum. & vt nihil prædest, quantum libet ingeras, si non subest quod excipiat ac seruet: si nihil refert, quantum temporis detur, si non est vbi subsidat, per quassos foratosque animos transmittitur. Præfens tempus breuissimum est, adeo quidem, vt quibusdam nullum videatur: in cursu enim semper est. Fuit & præcipitatur: ante definit esse quam venit. Nec magis moram patitur quam mundus, aut sidera, quorum irrequieta semper agitatio, nunquam in eodem vestigio manet. Solum igitur ad occupatos præfens pertinet tempus: quod tam breue est, vt arripi non possit, & id ipsum illis districtis in multa, subducitur.

CAP. XI. DENIQUE vis scire, quàm non diu viuant? Vide quam cupiant diu viuere. Decrepiti senes paucorum annorum accessionem votis mendicant. Minores natu seipsos esse fingunt, mendacio sibi blandiantur: & tam libenter fallunt, quam si fata vna decipiant. Iam vero cum illos aliqua imbecillitas mortalitatis admonuit, quemadmodum pauentes moriuntur, non tanquam exeant de vita, sed tanquam extrahantur: stultos se fuisse quod non vixerint, clamitant, & si modo euaserint ex illa valetudine, in otio victuros. Tunc quam frustra parauerint quibus non fruerentur, quàm incassum omnis labor ceciderit, cogitant.

ant. At quibus vita
la ipsa hinc: Nihil ex
pergitur, nisi inde
interit, nihil laqueum
est: tota vitæ durit
que abunde sufficit
veniret, non tunc
gradu. Quæ hinc
me solos patet dicit
nes elicitur, quæ
aut in aliena com
cant vt aliena fuit
lucto, & quod
otium occupat
solitudine quæ
lesti sunt. Quæ
diola occupat.

CAP. XII

paucorum fuit
& maiorem de
mit, qui in cer
dem vitis laque
det, qui vnde
paria didici
otiosos vocat, q
tinatur, dum
dum de fingit
coma restituit
ten compen
negligentes fuit
exambitione
estiam vocat
Quæ et aliam
quam etiam in
decare quæ
horæ hinc
que occupat
discedis cam
curium natura
modicam in

rant. At quibus vita procul ab omni negotio agitur, quid ni spatiosa sit? Nihil ex illa delegatur, nihil alio atque alio spargitur, nihil inde fortunæ traditur, nihil negligentia interit, nihil largitione detrahitur, nihil superuacuum est: tota (vt ita dicam) in reditu est. Quatulacunque itaque abunde sufficit, & ideo quoadocunque vltimus dies venerit, non cunctabitur vir sapiens ire ad mortem. certo gradu. Quæris fortè quos occupatos vocem. Non est quod me solos putes dicere, quos à basilica immissi demum canes eiiciunt, quos aut in sua vide turba speciosius elidit, aut in aliena contemptius. quos officia domibus suis euocant vt alienis foribus illidant, quos hysta pratoris infami lucro, & quandoque suppurato exercet. Quorundam otium occupatum est. in villa, aut in lecto suo, in media solitudine quamuis ab omnibus recesserunt, sibi isti molesti sunt. Quorum non otiosa vita est dicenda, sed deficiosa occupatio.

CAP. XII. ILLVM tu otiosum vocas, qui Corinthia paucorum furore pretiosa, anxia subtilitate concinnant, & maiorem diem partem in æruginosis lamellis consumit, qui in ceromate (nam. pro facious! ne Romanis quidem vitis laboramus) spectator puerorum rixantium sedet, qui vnctorum suorum greges in ætatum & colorum paria diducit, qui athletas nouissimo pascit? Quid? illos otiosos vocas, quibus ad tonsorem multæ horæ transmittuntur, dum decerpitur si quid proxima nocte succreuit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut dissecta coma restituitur, aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur? Quomodo irascuntur, si tonsor paulo negligentior fuit? tanquam virum tonderet. Quomodo excandescunt, si quid ex iuba sua decisum est. si quid extra ordinem iecit, nisi omnia in annulos suos reciderunt? Quis est istorum, qui non malit rempublicam turbari, quam comam suam? qui non sollicitior sit de capitis sui decore, quàm de salute? qui non comptior esse malit, quàm honestior? Hos tu otiosos vocas inter peccatorem speculumque occupatos? Quid illi qui in componendis, au liendis, discendis canticis occupati sunt, dum vocem, cuius rectum cursum natura & optimum & simplicissimum fecit, inflexu modulationis ineptissime torquent? Quorum digiti ali-

quod inter se carmen metientes semper sonant: quorum cum ad res serias, etiam saepe tristes, adhibiti sunt, exauditur tacita modulatio? Non habent isti otium, sed iners negotium. Coniugia mehercule horum non posuerim inter vacantia tempora, cum videam quam solliciti argentum ordinent, quam diligenter exoletorum suorum tunicas succingant, quam suspensi sint quomodo aper à coco exeat: Quanta celeritate, signo dato, glabri ad ministeria discurrant: Quanta arre seindantur aues in frustra non enormia, quam curiose infelices pueruli ebriorum sputa detergeant. Ex his elegantiae lautitiaeque fama capta captatur, & vsque eo in omnes vitae successus mala sua illos sequuntur, ut nec bibant sine ambitione, nec edant. Nec illos quidem inter otiosos numeraueris, qui se sella & lectica huc & illuc ferunt, & ad gestationum suarum, quasi deserere illas non liceat. horas occurrunt: quos, quando lauati debeant, quando natate, quando coenare, alius admonet; & vsque eo nimio delicati animi languore soluantur, ut per se scire non possint an esuriant. Audio quendam ex delicatis; si modo delicatae vocanda sunt, vitam & consuetudinem humanam dediscere, cum ex balneo inter manus clatus & in sella positus esset, dixisse interrogando, iam sedeo? Hunc tu ignorantem an sedeat, putas scire an viuat, an videat, an otiosus sit? Non facile dixerim, utrum magis misereat, si hoc ignorauit, an si se ignorare finxit. Multarum quidem rerum obliuionem non sentiunt, sed mentiuntur: quaedam vitia illos quasi felicitatis argumenta delectant. Nimis humilis & contempti hominis esse videtur, scire quid faciat. I nunc, & mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. Plura mehercule praeferunt quam fingunt: & tanta incredibilium vitiorum copia ingenioso in hoc vnum saeculo, processit. ut iam minorum arguere possimus negligentiam: esse aliquem, qui vsque eo deliciis interierit, ut an sedeat, alteri credat?

CAP. XIII. Non est ergo otiosus hic: aliud nomen imponas. Aeger est: immo mortuus est. Ille otiosus est, cui otij sui sensus est: hic verò semiuiuus, cui ad intelligendos corporis sui habitus indice opus est. Quomodo potest hic alicuius temporis dominus esse? Persequi singulos lon-

Los longum est: quorum aut latrunculi, aut pila, aut exco-
 quendi in sole corporis cura consumpsere vitam Non sunt
 otiosi quorum voluptates multum negotium habent. Nam
 de illis nemo dubitabit, quin operose nihil agant, qui in
 litterarum inutilium studiis detinentur: quæ iam apud
 Romanos quoque magna manus est. Græcorum iste morbus
 fuit, quærere quem numerum remigum Vlixes habuisset:
 prior scripta esset Illias, an Odyssæa: præterea an eiusdem
 esset auctoris. Alia deinceps huius notæ: quæ siue conti-
 neas, nihil tacitam conscientiam iuuant: siue proferas, non
 indoctior videberis, sed mo testior. Ecce Romanos quoque
 inuasit inane studium superuacua discendi. His diebus au-
 diui quendam referentem, quæ primus quisque ex Roma-
 nis ducibus fecisset. Primus nauali prælio Duillius vicit,
 primus Curtius Dentatus in triumpho duxit elephantos.
 Etiamnum ista, etsi ad veram gloriã non tendit, circa ciui-
 lium tamen operum exempla versantur. Non est profutura
 talis sciëntia: est tamen quæ nos speciosa rerum vanitate de-
 tineat. Hoc quoque quærentibus remittamus, quis Ro-
 manis primus persuasit nauem cõscẽtere. Claudius is fuit:
 Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum
 contextus caudex apud antiquos vocabatur: vnde publicæ
 tabulæ codices dicuntur: & naues nunc quoque quæ ex an-
 tiqua consuetudine per Tiberim comæatus subuehunt,
 caudicariæ vocantur. Sane & hoc ad rem pertinet, quod
 Valerius Corninus primus Messanam vicit, & primus ex
 familia Valeriorum, vrbs captæ in se transato nomine
 Messana appellatus est, paulatimque vulgo permutante
 litteras Messalla dictus est. num & hoc quemquam curare
 permittas, quod primus L. Sylla in circo leones solutos
 dedit, cum alioquin alligati darentur, ad conficiendos
 eos missis à rege Boccho iaculatoribus? Et hoc sane re-
 mittatur. num & Pompeium primum in circo elephan-
 torum duodeuiginti pugnam edidisse, commissis more
 prælij noxiis hominibus, ad vllam rem bonam per-
 tinet? Princeps ciuitatis, & inter antiquos principes,
 vt fama tradidit, bonitati eximie, memorabile puta-
 uit spectaculi genus, nouo more perdere homines. De-
 pugnant? parum est, lancinantur? parum est. ingenti mole
 animalium obterantur. Satius erat ista in obliuionem ire,

ne quis postea potens discere, inuideretque rei minime humanæ.

CAP. XIV. O quantum caliginis mentibus humanis obicit magna felicitas. Ille se supra rerum naturam esse tunc credit, cum tot miserorum animorum cateruas, sed alio cælo natis beluis obiiceret, cum bellum inter tam disparia animalia committeret, cum in conspectu populi Romani multum sanguinis funderet, mox plus ipsum fundere coacturus. At idem postea Alexandria perfidia deceptus, ultimo mancipio transfodiendum se præbuit, tum demum intellecta inani iactatione cognominis sui. Sed ut illo reuertar, vnde decessi, & in alia materia ostendam superuacuum quorundam diligentiam: idem narrabat Mettellum victis in Sicilia Pœnis, triumphantem, vnum omnium Romanorum ante curram centum & viginti captiuos elephantos duxisse. Sylla vltimum Romanorum protulisse pomerium, quod nunquam provinciali, sed Italico agro acquisito, mos proferrre apud antiquos fuit. Hoc scire magis prodest, quam Auentinum montem extra pomerium esse, vt ille affirmabat, propter alteram ex duabus causis: aut quod plebs eo fecerisset, aut quod Remo auspicante illo loco aues non addixissent. Alia deinceps innumerabilia, quæ aut ficta sunt aut mendacij similia. Nam vt concedas omnia eos fide bona dicere, vt ad præstationem scribant: tamen cuius ista errores minuunt? cuius cupiditates prement? quem fortiosem, quem iustiosem, quem liberaliosem facient? Dubitare se interim Fubianus noster aiebat, satius esset nullis studiis admoueri, quam his implicari. Solum omnium otiosi sunt, qui sapientiæ vacant: soli viuunt, nec enim suam tantum ætatem bene tuentur: omne æuum suo adiiciunt. Quicquid annorum ante illos actum est, illis acquisitum est. Nisi ingratis sumus, illi clarissimi sacrarum opinionum conditores, nobis nati sunt, nobis vitam præparauerunt. Ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucem erutas, alieno labore deducitur: nullo nobis sæculo interdictum est: in omnia admittitur: & si magnitudine animi egredi humanæ imbecillitatis angustias libet, multum per quod spatiemur temporis est. Disputate cum Socrate licet, dubitare cum Carneade, cum Epicuro quiescere, hominis

hominis naturam cum Stoicis vincere, cum Cynicis excedere, cum rerum natura in consortium omnis aui pariter incedere. Quidni ab hoc exiguo & caduco temporis transitu, in illa nos toto demus animo, quæ immensa, quæ interna sunt, quæ cum melioribus communia? Isti qui per officia discursant, qui se aliosque inquietant, cum bene insanierint, cum omnium limina quotidie perambulaerint, nec vllas apertas fores præterierint, cum per diuersas domos meritoriam salutationem circumtulerint: quorum quemque ex tam immensa, & variis cupiditatibus districta vrbe poterunt videre? quam multi erunt quorum illos aut somnus, aut luxuria, aut inhumanitas submoueat? quam multi, qui illos, cum diu torserint, simulata festinatione transcurrant? quam multi per refertum clientibus atrium prædire vitabunt, & per obscuros ædium aditus profugient? quasi non inhumanus sit decipere, quam excludere. quam multi hesternæ crapulæ semiones, & graues, illis miseris somnum suum rumpentibus, vt alienum expectent, vix alleuatis labiis insusurratum millies nomen, oscitatione superbissima reddent? Hos in veris officiis morari licet dicamus, qui Zenonem, qui Pythagoram quotidie & Democritum, ceterosque antistites bonarum artium, qui Aristotelem & Theophrastum volent habere quam familiarissimos. nemo horum non vacabit, nemo non venientem ad se beatiorem amantioremque sui dimittet, nemo quemquam vacuis à se manibus abire patietur. Nocte conueniri & interdiu ab omnibus mortalibus possunt. Horum te mori nemo coget, omnes docebunt: horum nemo annos tuos conteret: suos tibi contribuet: nullus ex his sermo periculosus erit; nullius amicitia capitalis, nullius sumptuosa obseruatio.

CAP. XV. FERES ex his quicquid voles: per illos non stabit quo minus quantum plurimum cupieris, haurias. Quæ illum felicitas, quam pulchra senectus manet, qui se in horum clientelam contulit? habebit cum quibus de minimis maximisque rebus deliberet, quos de se quotidie consulat, à quibus audiat verum sine contumelia, laudetur sine adulatione, ad quorum se similitudinem effingat. Solemus dicere, non fuisse in nostra potestate, quos sortiremur parentes: forte nobis datos, Nobis vero ad no-

strum arbitrium nasci licet. nobilissimorum ingeniorum familiaris sunt: Elige in quam ascisci velis: non in nomen tantum adoptaberis, sed in ipsa bona, quae non erunt sordide nec maligne custodienda: maiora fient, quo illa pluribus diuiseris. Hi tibi dabunt ad aeternitatem iter, & te in illum locum, ex quo nemo eiiciet, subleuabunt: haec vna ratio est extendendae mortalitatis, immo in immortalitatem vertendae. Honores, monumenta, quicquid aut decretis ambitio iussit, aut opera extruxit, cito subruitur: nihil non longa demolitur vetustas, & mouet ocius quod consecrauit. Sapientiae noceri non potest, nulla delebit aetas praesens, nulla diminuet sequens, ac deinde semper vlterior aliquid ad venerationem conferet: quoniam quidem in vicino versatur inuidia. simplicius longe posita miramur. Sapientis ergo multum parat vita. non idem illum qui ceteros terminus includit. solus generis humani legibus soluitur: omnia illi saecula, vt Deo, seruiunt. Transiit tempus? aliquid ex hoc recordatione comprehendit. instat? hoc vitur. venturum est? hoc praecipit. Longam illi vitam facit omnium temporum in vnum collatio. illorum breuissima ac sollicitissima aetas est, quae praeteritorum obliuiscuntur, praesentia negligunt, de futuro timent. Cum ad extrema venerint, sero intelligunt miseri, tamdiu te, dum nihil agunt, occupatos fuisse.

CAP. XVII. Nec est quod argumento probari putes, longam illos agere vitam, quia interdum mortem inuocant. vexat illos imprudentia incertis affectibus, & incurrentibus in ipsa quae metuunt. Mortem saepe ideo optant, quia timent. Illud quoque argumentum non est, quo putes diu victuros, quod saepe illis longus videretur dies: quod dum veniat conditum tempus cenae, tarde ire horas queruntur, nam si quando illos deserunt occupationes, in otio relictis aestuant, nec quomodo id disponant, aut extrahant, sciunt. Itaque ad occupationem aliquam tendunt, & quod interiacet, omne tempus graue est: tam mehercules, quam cum dies muneris gladiatorij edictus est, aut cum alicuius alterius vel spectaculi vel voluptatis expectatur constitutum, transilire medios dies volunt. Omnis illis speratae rei longa dilatio est. At illud tempus, quod amant, breue est, & praecipit, breuiusque multo fit suo vitio: aliunde enim

alio

alio transfugiunt, & consistere in vna cupiditate non possunt. Non sunt illis longi dies, sed inuisi. At contra, quàm exiguæ noctes videntur, quas in complexu scortorum aut vino exigunt. Inde etiam poetarum furor, fabulis humanos errores alentium, quibus visus est Iupiter voluptate concubitus delentus duplicasse noctem. Quid aliud est vitia incendere, quam actores illis inscribere deos, & dare morbo, exemplo diuinitatis excusatam licentiam? Possunt istis non breuissimæ videri noctes, quas tam care mercantur? Diem noctis expectatione perduat, noctem lucis metu. Ipsæ voluptates eorum trepidæ, & variis terroribus inquietæ sunt, subitque cum maxime exultantes sollicita cogitatio: Hæc quamdiu? Ab hoc effectu reges suam flere potentiam: nec illos magnitudo fortunæ suæ delectauit, sed venturus aliquando finis exterruit. Cum per magna camporum spatia porrigeret exercitum, nec numerum eius, sed mensuram comprehenderet Persarum rex insolentissimus, lacrymas fudit, quod intra centum annos nemo ex tanta iuuentute superfuturus esset. At illis erat ad mortuus fatum ille ipse qui flebat, perditusque alios in terra, alios in mari, alios in prælio, alios in fuga: & intra exiguum tempus consumprurus illos; quibus centesimum annum timebat.

CAP. XVII. QUID, quod gaudia quoque eorum trepida sunt? non enim solidis causis innituntur, sed eadem qua oriuntur, vanitate turbantur. Qualia autem putres tempora esse, etiam ipsorum confessione misera: cum hæc quoque quibus se attollunt, & supra hominem efferrunt, parum sincera sint? Maxima quæque bona sollicita sunt: nec vlli fortunæ minus bene quam optime creditur. Alia felicitate ad tuendam felicitatem opus est: & pro ipsis quæ successerunt votis, vota facienda sunt: Omne enim quod fortuito euenit, instabile est: quo altius surrexit, vergit pronius in occasum. Neminem porro casura delectant. Miserrimam ergo necesse est, non tantum breuissimam vitam eorum esse, qui magno parant labore quod maiore possideant: operose assequuntur quæ volunt, anxij tenent quæ assecuti sunt. Nulla interim nunquam amplius redituri temporis est ratio. Nouæ occupationes veteribus substituuntur, spes spem excitat, ambitionem ambitio: miseriarum non finis queritur, sed

materia mutatur. Nostri nos honores torserunt? plus temporis alieni auferunt: candidati laborare desinimus? suffragatotes incipimus. accusandi deposuimus molestiam? iudicandi nascimur. iudex desit esse? quæstor est. alienorum bonorum mercenaria procuracione consenuit? suis opibus detinetur. Marius caliga dimisit? cõsulatus exerceat. Quintius distaturam propter euadere? ab atrato reuocabitur. Ibit in Pœnos nondum tantæ maturus rei Scipio, victor Hannibalis, victor Antiochi, sui consulatus decus, fraterni sponzor: ni per ipsum mora sit, cum Ioue reponetur? ciuiles seruatoreum agitantur seditiones, & post fastiditos à iuvene diis æquos honores, iam senem contumacis exilij delectabit ambitio. Nunquam decrunt vel felices, vel miseræ sollicitudinis causæ: per occupationes intercludetur otium: nunquam agetur, semper optabitur.

CAP. XVIII. EXCERPTA itaque te vulgo, Pauline carissime, & in tranquillioem portum, non pro ætatis spatium iactatus, tandem recede. Cogita quot fluctus subieris, quot tempestates partim priuatas sustinueris, partim publicas in te conuerteris. Satis iam per laboriosa & inquietata documenta exhibita virtus est: experire quid in otio facias. Maior pars ætatis, certe melior Reip data sit. Aliquid temporis tui sume etiam tibi. Nec te ad segnem aut inertem quietem uoco: non ut somno & catis urbæ voluptatibus, quicquid est in te indolis uiuæ demergas. Non est istud quiescere. Inuenies maiora omnibus adhuc strenue tractatis operibus, quæ repositus & securus agites. Tu quidem orbis terrarum rationes administras, tam abstinenter quam alienas, tam diligenter quam tuas, tam religiose quam publicas, in officio amorem consequeris, in quo odium vitare difficile est, sed tamen, mihi credere, satius est vitæ suæ rationem, quam frumenti publici nosse. Istum animi vigorem, rerum maximarum capacissimum, à ministerio honorifico quidem, sed parum ad beatam vitam apto, ad te reuoca: & cogita, non id egisse te ab ætate prima omni cultu stadiorum liberalium, ut ibi multa millia frumenti committerentur, maius quiddam & altius de te promiseras. Non decrunt & frugalitatis exactæ homines, & laboriosæ operæ. Tanto aptiora exportandis oneribus tarda iumenta sunt, quam nobiles equi: quorum generosam

generosam pernicitatem quis vnquam graui sarcina pressit? Cogita prætereà, quantum sollicitudinis sit, ad tantam te molem obiicere. cum ventre humano tibi negotium est. Nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec vlla prece flectitur populus esuriens. Modo intra paucos illos dies, quibus C. Cæsar periit. si quis inferis sensus est, hoc grauissimè ferens quod dicebat, populo Romano superstixi, septem aut octo certè dierum cibaria superesse, dum ille pontes nauib. iungit, & viribus imperij ludit, aderat vltimum malorum obsessis quoque, alimentorum egestas. Exitio pœnè ac fame constitit, & quæ famem sequitur rerum omnium ruina, furiosi & externi & infeliciter superbi erat imitatio. Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat mandata frumenti publici cura? ferrum, saxa, ignes, Caium excepturi, summa dissimulatione tantum inter viscera latentis mali tegebant: cum ratione scilicet. Quædam enim ignorantibus ægris curanda sunt. Causa multis moriendi fuit, morbum suum nosse.

C A P. XIX. RECIPE te ad hæc tranquilliora, tutiora, maiora. Simile tu putas esse, vtrum cures, vt incorruptum à fraude aduentum & negligentia frumentum transfundatur in hotrea, ne concepto humore vitietur, & concalescat, vt ad mensuram pondûsque respondeat: an ad hæc sacra & sublimitia accedas, sciturus quæ natura sit Diis, quæ voluntas, quæ conditio, quæ forma, quis animum tuum casus expectet, vbi nos à corporibus dimissos natura componat? Quid sit quod huius mundi granissima quæque in medio sustineat, supra leuia suspendat, in summum ignem ferat, sidera cursibus suis excitet? Cetera dõinceps ingentibus plena miraculis. Vis tu, relicto solo, mente ad ista respicere? Nunc dum calet sanguis, vigentibus ad meliora eundem est. Expectat te in hoc genere vitæ multus bonarum artium amor, virtutumque vsus, cupiditatum obliuio, viuendi atque moriendi scientia: altera rerum quies. Omnium quidem occupatorum conditio misera est: eorum tamen miserima, qui ne suis quidem occupationibus laborant, ad alienum dormiunt somnium, ad alienum ambulat gradum, ad alienum comedunt appetitum, amare & odisse, res omnium liberrimas, iubentur. Hi se velint scire quàm breuis ipsorum vita sit, cogitent, ex quota parte

sua sit. Cum videris itaque prætextam sæpe iam sumptam cum celebre in foro nomen, non inuideris: ista vitæ damno parantur, vt vnus ab illis numeretur annus, omnes annos suos conterent. Quosdam cum in summum ambitionis eniterentur, inter prima luctantes ætas reliquit. Quosdam cum in consummationem dignitatis per mille indignitates erepsissent, misera subiit cogitatio, ipsos laborasse in titulum sepulcri. Quorundam vltima senectus, dum in nouas spes vt iuuenta disponitur, inter conatus magnos & improbos inualida defecit.

CAP. XX. FOEDVS ille quem in iudicio pro ignotissimis litigatoribus grandem natu & imperitæ coronæ assentationes captantem, spiritus liquit. Turpis ille, qui viuendo lassus citius quam laborando, inter ipsa officia collapsus est. Turpis, quem accipiendis immorientem rationibus, diu tractus risit heres. Præterire quod mihi occurrit exemplum, non possum. Turannius fuit exactæ diligentia senex: qui post annum nonagesimum cum vacationem procurationis à C. Cæsare vltro accepisset, componi se in lecto, & velut exanimem à circumstante familia plangi iussit. Lugebat domus otium domini senis, nec finiuit ante tristitiam, quam labor illi suus restitutus est. Adeone iuuat occupatum mori? Idem plerisque animus est: diutius cupiditas illis laboris, quam facultas est: cum imbecillitate corporis pugnant: senecturem ipsam nullo alio nomine grauem iudicant, quam quod illos seponit. Lex à quinquagesimo anno militem non cogit, à sexagesimo senatorem non citat. Difficilius homines à se otium impetrant, quam à lege. Interim dum rapiuntur & rapiunt, dum alter alterius quietem rumpit, dum mutuo sunt miseræ vita est sine fructu, sine voluptate, sine vilo profectu animi: nemo in conspicuo mortem habet, nemo non procul spes intendit. Quidam verò disponunt etiam illa quæ vltra vitam sunt, moles magnas sepulcrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera & ambitiosas exequias. At mehercule istorum funera ad faces & ad cæros ducenda sunt.